

erat, sed populi Romani pars. Inde iure colligitur quo tempore foedus factum est, Antium et Tarracinam Volscorum quidem esse desiisse (cf. Livius 7, 39, 7; Dionys. 15, 3; Appianus Samn. 1), sed nondum inter colonias maritimas relatas esse, id quod cum rerum memoria satis convenit. Nam ut Antium anno 416, ita a. 425 Tarracinam coloni cives Romani deducti sunt (Livius 8, 21: *eodem anno Ancur trecenti in coloniam missi sunt: bina iugera agri acceperunt*; Vellei. 1, 14) et aliquoties deinceps coloniae mentio incitur cum apud auctores (Liv. 27, 38, 4. 36, 3, 6) tum in titulis n. 6314. 6328. 6331 aetatis imperatoriae. Oppidum si recte tradit Porphyrio (ad Horatii sat. 1, 5, 25) olim in cacumine montis situm fuisse, postea in aequiorem locum depositum esse, id deductionis tempore evenisse probabile est. Quomodo deducta sit, Hyginus refert de lim. p. 179 sic: *quibusdam coloniis decumanum maximum ita constituerunt, ut viam consularem trans-euntem per coloniam contineret, sicut in Campania coloniae Aurnati decimanus maximus per viam Appiam observatur: fines qui culturam accipere potuerunt, et limites acceperunt: reliqua pars asperis rupibus continetur, terminata in extremitate more arcifinio per demonstrationes et per locorum vocabula*. In indice autem coloniarum p. 238 haec tantum leguntur: *Tarracina oppidum: iter populo non debetur: ager eius in absoluto est dimissus*. Fuit ad Appiam testibus itinerariis Horatiano aliisque supra p. 59 compositis; ad eam in mare influit Appiae partem constituens canalis ductus per paludes Pomptinas, quem describit Strabo 5, 3, 6 p. 233, posteriore aetate Decennovius dictus (Procopius b. Goth. 1, 11 p. 57). Altera via Tarracina Antium supra p. 60 enarrata est. Colonia civium cum esset, opera publica ibi facta sunt impensis publicis populi Romani (Livius 40, 51, 2; cf. 39, 44, 6 et Vitruvius 8, 3, 15) prodigiaque a Romanis magistratibus procurata (Liv. 24, 44, 8. 27, 4, 13. 29, 14, 3. 36, 37, 3. 40, 45, 3; Obseq. 12. 14. 24. 28). Magistratus fuerunt *duo viri* (n. 6318. 6330); ordo antiquiore certe aetate *senatus* dicebatur (n. 6327). Cives suffragium tulisse in tribu Oufentina praeter titulos domesticos complures comprobant tituli laterculique militum urbani vol. VI n. 2920. 3884, II, 10. 49. IV, 24. 29. Oppidum munitissimum (Tacitus hist. 3, 57) in bellis per Italiam gestis aliquoties sese adseruit, ut temporibus Flavianis (Tacitus l. c. et h. 3, 57. 60. 76. 77. 84. 4, 2. 3, item Plinius h. n. 2, 55, 146) et bello Gothico (Procopius b. G. 2, 2 p. 150 c. 4 p. 160. 161 c. 5 p. 164). Mons supereminens cum saxa habeat calci coquendae aptissima (Porphyrio ad Horatii sat. 1, 5, 26), extrema aetate Tarracinensi civitati onus impositum est calcis ministrandae reparandis moenibus urbis Romae, item in usum phari et similium, denique lignorum praebendorum lavacris eius publicis (cf. Symmachus rel. 40; C. Th. 14, 6, 3). *Tarracinensis portus restitutio* nominatur inter opera perfecta a Pio (vita c. 8; cf. Plutarchus Caes. 58). Villam hic quoque imperatores habuisse colligitur ex Martiale 5, 1, 6.

Tertio lapide a Tarracina (Horatius sat. 1, 5, 24) ad ipsam Appiam Romam versus Feronia est, id est Feroniae aedes (Plinius h. n. 2, 55, 246; Servius ad Aen. 8, 564) cum Iuco sacro et fonte (schol. ad Horat. l. c.; schol. ad Vergilium l. c.; Vibius p. 12 Burs.), memorata et in itinerariis Horatiano aliisque (supra p. 59) et in enarratione belli a. 69 ad Tarracinam gesti (Tacitus h. 3, 76; Plinius l. c.). Titulos certae originis inde nullos habemus.

6300 in rupe secundo lapide a Terracina verso un romitaggio.

DIANA · SACRVM  
QVINCTVS  
PARENTIVS FOCRIR

Giovenazzi cod. Vat. 9144 f. 38'. 43.

Auctores adhibuimus hos:

I. Tarracinensia epigrammata adsunt ab ipsis nostrae artis incunabulis; nam tria n. 6305. 6339. 6378 probabile est excepta esse a Cyriaco. Addiderunt alia FERRARINVS (ad quem item redit suspectum n. 855\*) et IVCVNDVS.

II. MANVTIVS pauca tantum ex his partibus sibi comparavit, ut Sermonetanum unum n. 6490 acceptum ab Io. Turritiano, alia a nescio quo Tarracinensia relata in cod. 5237 f. 199 et cod. 5241 p. 553.

III. LIGORIVM habuisse Tarracinensia ex lapidibus descripta intellegitur ex adnotatione ad Theoderici titulos in miliaris collocatos; itaque admisi titulum ab eo solo traditum per se probabilem n. 6353. Praeterea complura (n. 856\*—900\*) finxit cum in recensione Neapolitana tum in Taurinensi schedisque ad Metellum delatis.

IV. CITTADINVS praeter miliarium lapidem infra edendum hinc habuit n. 6309.

V. SIRMONDVS quaedam hic descripsit ut solet optime.

VI. Nicolaus ALEMANNVS quae repperit Terracinae, exhibet Donius pauca et ipsa et parum bene excepta.

VII. Dom. Ant. CONTATORE in historia Terracinensi (Romae 1706 4. pp. 543) quaedam attulit non optime descripta patria epigrammata.

VIII. GIOVENAZZIVS inter eos, qui Tarracinensium epigrammatum curam egerunt, omnium primum locum obtinet cum propter numerum titulorum ab eo descriptorum tum propter exemplaria fide et perite facta. Habemus ea duplici quodammodo recensione. Priorem Caietanus Migliore descriptam refert in schedis suis cod. Vat. 9143 f. 170. 171 haec praemittens hiante principio: *. . . tuos existimamus, si suis purgatas mendis hic in lucem emittere differremus. Erit autem meae erga eruditissimum philologum voluntatis atque existimationis argumentum, ut quas ille mecum liberaliter communicavit, pessimo publico in forulis latere non patiar*, pergens deinde sic: *in autographo clarissimi viri qui has inscriptiones cum auctore nostro communicavit haec insuper adduntur* et post alia: *ex ipso autographo, quod ad ipsa marmora scriptum videtur, haec sequuntur*. Hac passim usus est Marinus. Posteriorem habemus in schedis ipsius Giovenazzi cod. Vat. 9144 et bis quidem scriptam, ut primaria apographa exhibeantur f. 40—48 et rursus f. 49. 52, exemplaria accurate descripta illis respondeant f. 37—39, his f. 50. Accedunt quae leguntur f. 107. Differre autem syllogen priorem a posteriore maxime intellegitur ex n. 6344. 6376; praeterea prior tota fere in posteriorem recepta est, cum in hac multa sint in illam non relata.

IX. Petrus MATRANGA in libro *la città di Lamo stabilita in Terracina secondo la descrizione di Omero* (Romae 1852. 4. pp. 186; adde *Bullett. dell' istituto* 1853 p. 139) Tarracinensia epigrammata alia sibi visa posuit, alia a Mollari architecto communicata.

X. Patrum nostrorum nostraque aetate praeterea non pauci viri docti Tarracinensibus titulis describendis vacaverunt, inter quos plurimum profuerunt E. Q. VISCONTI et FEA. Ex titulis domus olim pontificiae quae Mesae est parietibus insertis cum non paucos eo venisse ex Terracina compertum sit, ii quoque, quorum de origine aliunde non constaret, relati sunt inter Tarracinenses.

6301 ara. Terracinae a Posterla GIOV.; in angulo domus cuiusdam MATR. Hodie Terracinae apud Antonellos.

DIIS  
SACRVM sic  
D · P sic

Descripsi. Giovenazzi cod. Vat. 9144 f. 38. 48. 49. 50 et apud Migliorium cod. Vat. 9143 p. 16. Matranga *città di Lamo* p. 158.

3 d(onum) p(ositum), puto.



8255 ad Minturnas ai Virilassi rep., est apud Riccardellium.

FELICISSIMO  
LIBERT  
POST

Riccardelli act. Casertan.  
1881 p. 52.

1 FELICISSIMO traditur.

8256 arca marmorea prope Traettum, frazione Scauro, repperit Web, apud quem servatur.

LVTATIO ROMOLO  
AERONIA · VITALIS  
COIVGI · BENE  
MERENTI · FECIT

Riccardelli act. Casertan.  
1881 p. 52.  
1. 2 quae inclinatis  
dantur, de iis editor  
dubitabat.

8257 Minturnis apud Fr. Ant. Riccardellium.

CI  
L  
RNIO COL

Riccardelli act. Casertan. 1880 p. 61.

8258 Minturnis in fundo q. d. Virilassi Christophori Sperogna.

IN · F · P · XV  
IN · AGRO  
P · XX

Riccardelli in actis Casertanis 1880 p. 60.

## LXXXII. FORMIAE (p. 602).

ad n. 6139. Ed. Fabrettius 610, 81 ex schedis Barberinis.

ad n. 6177. Gaetae ad ecclesiam S. Mariae orationis et mortis prope scalas ad angulum dextrum viae Chiaramonte adhuc extat teste Honorato Gaetani comite Castelmola *memorie storiche della città di Gaeta* (Mediolani 1879. 8) p. 171, qui legit sic:

REFRIAE C L NICI . . . . . IH . . . . .  
REFRIA LYCHORIS C . . . . . R . . . . . REHO . . . . .

## LXXXIV. TARRACINA (p. 623).

Nuper Tarracinenses tituli complures aut per agrum dispersi et antea soli Giovenazzio lecti denuo et accuratius quidem excepti sunt, aut adhuc neglecti descripti, aut ex terra nunc demum extracti, alii cura Galli Renati de la Blanchère, alii moderante Pio Capponi viro strenuo et perito, rerum antiquarum eius regionis hodie curatore. Ille quos

collegit et per alias complures ephemerides Gallicas dispersit et composuit in ea quam schola Francogallica Romana nuper edere instituit *mélanges d'archéologie et d'histoire* a. 1881 p. 35—62. 249—258. Eos titulos nostra causa hoc anno 1881 Hermannus Dessau recognovit.

ad n. 6300. Extat adhuc vivo saxo incisa iuxta n. 6351 in contrada Salissano, Valle di Terracina. Recognovit Dessau; ectypum misit Fiorellius. Ed. de la Blanchère *mél.* 1881 p. 253.

aedicula, in qua protome  
videtur fuisse

DIANA · SACR  
QVIN TAE  
PARENTE S FECER

2 inter N et T, 3 inter E et S rupes hiat.

ad n. 6307. Ed. Blanchère *mél.* 1881 p. 43.

ad n. 6334. Recognovit Dessau; ectypum misit Fiorellius. — 1 ARA potius fuit quam RRA.

ad n. 6343. Hodie Terracinae in foro Victorii Emanuelis. Ed. Blanchère *comptes rendus de l'Acad.* 1881 p. 349, *mél.* 1881 p. 38, legens 2 A·F, 3 DIES.

ad n. 6345. Est adhuc in ecclesia campestri S. Silviani a Nord-Ovest della Valle di Terracina. Descripsi ad ectypum. Pro inedita protulit de la Blanchère *rev. arch.* 40 (1880) p. 373 et *comptes rendus de l'Académie* 1881 p. 333 male, emendate *mélanges* 1881 p. 50.

ANNIA · AVGE · SIBI · ET  
SATVRNINAE · L

ad n. 6351. Adhuc cernitur in rupe iuxta n. 6300. Recognovit Dessau; nobis ectypum misit Fiorellius. Ed. Blanchère *mél.* 1881 p. 254.

aedicula in qua statua  
videtur fuisse

PVDICITIAE  
CAECILIAE Q F METRO  
doriae // // // // VS CONIVGI  
et PARENTES  
5 FECER

1 supra CAEC litterae nullae fuerunt; sequitur spatium corruptum capax litterarum duarum. — 2 CASTITATI·E Blanchère male.

ad n. 6362. Ed. Blanchère *mélanges* 1881 p. 51.

ad n. 6373. Ex ecclesia S. Silviani, ubi pro lacu aquae lustralis fuit, ablata iam prostat Terracinae in foro Victorii Emanuelis. Descripsit Dessau; ectypum misit Fiorellius. Ed. de la Blanchère *revue critique* 1880 p. 380 et *comptes rendus de l'Acad.* 1881 p. 385 et *mélanges* 1881 p. 51.

DIS · MANIBVS  
C · MANLI · C · F · FAL  
VALENTI · V · A · I · M III  
MANLIAE · C · F · PAPHIES  
5 VIX · AN · VI · M · I · D · XX

ad n. 6375. Diffractam et imminutam vidit Dessau.

ad n. 6376. Recognovit Dessau loco indicato a Giovenazzio. Ed. de la Blanchère *comptes rendus de l'Acad.* 1881 p. 349, *mél.* 1881 p. 40 (cf. p. 250).

M A R C I A E  
M · F · POLLIAE  
L · SALVIVS · L · F  
OVF · VESTALIS  
5 M A T R I

ad n. 6377. Recognovit Dessau confirmavitque lectionem Stevensonii. Ed. de la Blanchère *comptes rendus de l'Acad.* 1881 p. 349, *mél.* 1881 p. 42.

ad n. 6378. Refert item Alciatus cod. Feae f. 17 collocans Romae.

ad n. 6384. Refert item Pantanelli de sacro principatu Terracinae ms. p. 264, legens 4 ANTIO//.

ad n. 6387. Vidit Dessau in pavimento ecclesiae cathedralis et principium descripsit sic:  
D M | PNAE CON///ARISSIM ET | // // // // // I.

ad n. 6398. Ectypum misit Fiorellius. In principio est:

D m  
ERENTIAE